Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

corum. Dixit et uenit locusta et bruchus: cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenum in terra eorum: et comedit omnem
fructum terre eorum. Et percussit omne primogenitum in
terra eorum: primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos
cum argento et auro: et non erat in tribubus eorum infirmus.
Letata est egyptus in profectione eorum: quia incubuit
timor eorum super eos. Expandit nubem in protectionem
eorum: et ignem ut luceret eis per noctem. Petierunt et
uenit coturnix: et pane celi saturauit eos. Dis
rupit petram et fluxerunt aque: abierunt in sicco flu
mina. Quoniam memor fuit uerbi sancti sui: quod habu
it ad abraham puerum suum. Et eduxit populum suum
in exultatione: et electos suos in leticia. Et dedit
illis regiones gentium: et labores populorum possederunt.
Ut custodiant iustificationes eius: et legem eius requirant.

Confitemini domino quoniam bonus:
quoniam in seculum misericordia eius. Quis loquetur poten
tias domini: auditas faciet omnes laudes eius. Be
ati qui custodiunt iudicium: et faciunt iusticiam
in omni tempore. Memento nostri domine in benepla
cito tuo: uisita nos in salutari tuo. Ad uiden
dum in bonitate electorum tuorum: ad letandum in le
ticia gentis tue: ut lauderis cum hereditate tua.
Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus iniqui
tatem fecimus. Patres nostri in egypto non intellexerunt
mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis
misericordie tue. Et irritauerunt ascendentes in
mare mare rubrum. Et saluauit eos propter nomen
suum: ut notam facerent potentiam suam. Et in
crepauit et exiccatum est: et eduxit eos in abyssis sicut
in deserto. Et saluauit eos de manu odientium: et
redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua
tribulantes eos: unus ex eis non remansit. Et credi
derunt in uerbis eius: et laudauerunt laudem eius. Cito
fecerunt obliti sunt operum eius: et non sustinuerunt consilium eius.
Et concupierunt concupiscentiam in deserto: et temptauer
unt deum in inaquoso. Et dedit eis petitionem ipsorum:
et misit saturitatem in animas eorum. Et irritauer
unt moysen in castris: aaron sanctum domini. Aperta est terra
et deglutiuit dathan: et operuit super congregationem
abyron. Exarsit ignis in synagoga eorum: flamma
combussit peccatores. Et fecerunt uitulum in oreb: et ad
orauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in simi
litudinem uituli: comedentis fenum. Obliti sunt deum
qui saluauit eos, qui fecit magnalia in egypto, mi
rabilia in terra cham: terribilia in mari rubro. Et
dixit ut disperderet eos: si non moyses electus eius stetisset
in confractione in conspectu eius. Ut auerteret iram eius
ne disperderet eos: pro nichilo habuerunt terram desidera
bilem. Non crediderunt in uerbis eius: et murmurauerunt
in tabernaculis suis: non exaudierunt uocem domini. Et ele
uauit manum suam super eos: ut prosterneret eos in deser
to. Et ut deiceret semen eorum in nationibus: et disperge
ret eos in regionibus. Et initiati sunt beelphegor: et
comederunt sacrificia mortuorum. Et irritauerunt eum
in adinuentionibus suis: et multiplicata est in eis ruina.
Et stetit finees et placauit: et cessauit quassatio.
Et reputatum est ei in iusticiam: in progeniem et ge
nerationem usque in sempiternum. Et irritauerunt eum
ad aquam contradictionis: et uexatus est moyses propter eos
quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit in labiis suis.
Non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.
Et commixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum: et
seruierunt sculptilibus eorum: et factum est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos: et filias suas demoniis.
Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum
et filiarum suarum quas sacrificauerunt sculptilibus cha
naan. Et infecta est terra in sanguinibus: et contami
nata est in operibus eorum: et fornicati sunt in adinuentio
nibus suis. Et iratus est furore dominus in populum suum: et
abhominatus est hereditatem suam. Et tradidit eos
in manus gentium: et dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et
tribulauerunt eos inimici eorum: et humiliati sunt sub ma
nibus eorum: sepe liberauit eos. Ipsi autem exacerba
uerunt eum in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus
suis. Et uidit cum tribularentur: et audiuit oratio
nem eorum. Et memor fuit testamenti sui: et peni
tuit eum secundum multitudinem misericordie sue. Et dedit eos
in misericordias: in conspectu omnium qui ceperant eos.
Saluos fac nos domine deus noster: et congrega nos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

R. R II 425

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf